



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 60. Anicius Probus, & Ejus Familia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. A. C. 395. quis fœminas instrumenta musica tra-

ctare edoceat, aut hanc artem edoctas
emat, vel vendat; ne quis eas ad convi-
via, aut spectacula adhibeat, imo ne
quis servos, Musicam callentes, habeat.
Erat iste antiquissimus abusus, in quem
v. Gothof. ib. sæpissime Patres declamavere. Lex a-

lia prohibens matrimonia Patruelium
non amplius invenitur, sed alii eam Scri-
Ambr. ep. 60. ptiores memorant, præprimis S. Ambro-
n. 8. sius ad Paternum. Erat is, vir inter Ro-
manos spectatissimus, qui, consentiente
suo Episcopo, consilium expetierat, an
filium suum cum filia sororis suæ, id est,
patruelles, nuptias inire expediret? S. Am-
brosius hoc matrimonium maximopere
dissuadet, tanquam Legi divinæ, & legi-
bus humanis sui temporis contrarium.

L. 6. C. Th. Lex a Theodosio lata invenitur anno
ad Jul. de a- 390. ad Vicarium Romæ directâ, qua
dult. l. 2. c. crimen, quod naturæ adversatur, igne
Nic. de testa. puniri præcipitur. Alia de anno 389.

L. II. ep. 13. exstat, qua illa, quæ Imperatori per Co-
dicillum donantur, rejicit, & illa, quæ
testamento obveniunt, acceptat. Sym-
machus magnis laudibus hanc legem ex-
tollit.

§. LX.

De Anicio Probo, & ejus familia.

Hujus anni 395. Consules splendore
generis sui, quod totum Christianam
Reli-

Religionem suscepit, memorabiles sunt, Sæculum IV.
 nempe duo fratres Olybrius, & Probi- A. C. 395.
 nus; quod nunquam huc usque audi-
 tum, ut duo fratres Consulatum simul
 gererent. Parens eorum Sextus Ani- *Amm. Mar-*
 cius Petronius Probus, Romanorum suæ *cell. Lib.*
 ætatis facile illustrissimus, nobilitate, o- *XXVII. c.*
 pulentia, Dignitatibus nulli concedebat. *11. Sib. Val.*
 Pater ejus, & avus Consulari Dignitate
 fulserant; & ipse, Gratiano Imperatore
 Collega, anno 371. eandem gesserat. O-
 lim Pro-Consul Africae fuit, tum quater *Sup. Lib.*
 Prætorio modo in Italia, modo in Galliis, *XVII. §. 21.*
 Præfectus, qua potestate præditus, S. Am-
 brosio Æmiliae, & Liguria Præturam
 contulit. Divitias possidebat immensas, *Claud. de*
 multorum prædiorum, in omnibus Im- *Conf. Olyb.*
 perii Provinciis dissitorum, Dominus. *Et Prob. ap.*
 Par tantæ opulentiae erat munificentia. *Baron. an.*
 Christianus fuit, & Baptismum in fine vi- *395. init.*
 tæ suscepit, quod ex ipsius Epitaphio ap-
 paret, in quo uxor, & liberi ejus defun-
 cti precibus commendantur. Magnifi-
 cum ei Mausoleum in Vaticano erectum,
 prope Ecclesiam S. Petri; Sandapila ex
 marmore erat, opere sculptili ornata,
 quod Jesum Christum Crucem, gemmis
 splendidam, manu tenentem exhibebat;
 Christum comitabantur duodecim Apo-
 stoli; atque supra columnas bini ex va-
 sis bibentes conspiciabantur. Hæc pictu-
 ra Romæ hodieque visitur. Tanta viri
 per

Sæculum IV. per orbem fama, ut, cum duo nobiles
A. C. 395. Persæ in Occidentem, Theodosio Impe-

Paul. vit.
Ambr. n.

rante, venissent, duos viros videndi de-
 siderio se teneri dicerent, nempe S. Am-
 brosium Mediolani, & Probum Romæ.

Ep. 130. al. Uxorem habuit Probam Faltoniam, fœ-
 121. *Hier. ep.* minam pietate insignem, ad quam post
ad Demetri. hæc S. Augustinus celeberrimam de O-
 c. 4. ratione Epistolam dedit. Tres ex ma-

trimonio suo genuit filios, Probinum, &
 Olybrium hujus anni Consules, atque
 Probum anno 406. eadem Dignitate or-

To. 6.

natum. Olybrius Julianam sibi uxorem
 delegit, & brevi post tempore viduam
 cum filia, cui nomen Demetriades, re-

Epist. 8.

liquit; hæc Virgo permanfit. Hæc est
 illa Juliana, cui S. Augustinus librum de
 Bono Viduitatis dicavit. Ad Deme-
 triadem vero S. Hieronymus Tractatum
 de modo servandi Virginitatem
 scripsit. Talis erat Anicii
 illustris, & sancta
 familia.

FINIS TOMI IV.



INDEX